

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Die Badischen Schulordnungen**

Die Schulordnungen der Badischen Markgrafschaften

**Brunner, Karl**

**Berlin, 1902**

40. Kollegiatstift

[urn:nbn:de:bsz:31-273515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-273515)

I.

Stadt Baden.

40

Kollegiatstift.



1453.

STATUTA AC IURAMENTA PERSONARUM ECCLESIAE  
COLLEGIATAE BADENSIS.

Caput decimum tertium.

De rectore Scholarum.

Rectoris scholarum est, scholares in scholis et extra in 10  
scientiis et moribus et in actibus Choralibus fideliter informare.  
Nec de choralibus huius Ecclesiae atque pauperibus aduenis salarium  
petet aut requiret, sed gratis et propter Deum eos docebit. Cho-  
rum cum scholaribus omnibus diebus diligenter uisitabit, neque  
sine licentia Decani uel Cantoris per noctem ab oppido Badensi 15  
sese absentabit.

Iuramentum Rectoris Scholarum.

Ego N. iuro, quod fidelis ero Ecclesiae Badensi ac personis  
eiusdem, et quod scholares in scholis et extra in scientiis et moribus  
et in actibus choralibus fideliter informabo. Nec de choralibus 20  
huius Ecclesiae atque pauperibus aduenis aliquod salarium petam  
uel requiram, sed gratis et propter Deum eosdem docebo. Chorum  
cum scholaribus diebus festiuis et aliis consuetis diligenter uisitabo  
et praesentias mihi deputatas temporibus suis cum frequentia chori,  
ut decet, deseruiam (sique etiam inter me et aliquam personam seu 25  
aliquas personas Ecclesiae praedictae, uel etiam aliquos opidanos  
oppidi Badensis aliquam contingeret controuersiam suboriri, illam



hic terminabo secundum tenorem in fundatione Ecclesiae Badensis contentum) et ero obediens uobis Domino Decano et uestris successoribus neque sine uestra aut successorum uestrorum licentia me per noctem ab oppido Badensi absentabo, dolo atque fraude in  
5 omnibus praedictis penitus seclusis.

Item ein custor sol haben ein Mietling vnd eynen Schuler, die bede zu versorgen mit coste vnd mit lone, vnd der sol haben vierzig guldin in corpere vnd sin presentz, vnd wan er der pfarhalb bekymert ist, So sol man in halten pro presente.

10 Item Dechan vnd Cappittel sollent auch ein gedencken haben nach dryen oder viern Corschülern versickel alleluja vnd anders zu singen vnd ordenen, wie man die halten solle.

Item was ein schulmeister haben sol, der die actus ordene vnd Tafeln in dem kore alle vnd uff einen iglichen Sampstag  
15 schriben sol, vnd was sust anders nott ist vnd sin wirdet in dem Stiff vnd Chore, sollen sie auch also ordenen.

Item vnser wille vnd meynung ist auch, das nach abgank disser nechsten Probst, Dechans, Custors vnd Sengers so die zale der zwölff Canonicorum erfüllet wirdet. So sollent vnder den  
20 zwölffen sin vier Doctores oder zum mynsten licentiati, so verre man die haben mag, vnd zu den andren pfründen sollen wir vnser erben vnd nach komen geflissen sin, gelerte vnd gottforchtige personen zu presentieren, vnd sol ein jglicher, der presentiret wirdet, priester sin oder geschickt, in iars friste der nechstenn nach siner  
25 presentatz priester zu werden, vnd sollent alle personen des Stiffs, sie sient prelaten, Canonici oder vicarien, Eelich geborn vnd in das Jurament gesatz sin, das ein iglicher, so man in sol installiren, swere, das er nit anders wisse, dan das er Eelich sy. Es were dan das wir  
30 geistlich begerten oder solten werden, die mogent uff den Stiff komen one wider Rede.



1800.

IURAMENTUM SCHOLASTICI CELSISSIMO  
EPISCOPO PRAESTANDUM.

Ego N. N., Ecclesiae collegiatae Badensis dioecesis Spirensis  
Canonicus et Scholasticus, Spondeo ac iuro, quod in omnibus licitis 5  
et honestis obediens esse velim Reverendissimo ac Celsissimo Prin-  
cipi et Domino N. N., Episcopo Spirensi et Praeposito Weisen-  
burgensi, et eiusque successoribus legitimis iuxta Concordiam inter  
altesimum Celsissimum Episcopum et Serenissimum Patronum anno  
millesimo septingentesimo nonagesimo nono initam et transactum 10  
Statutorum tenorem, quod iura eorum, quantum potero, defendere,  
commoda eorum procurare, mala avertere et de omnibus, quae in  
eorum praeiudicium cedere possent, eos fideliter admonere velim  
nec ulli in detrimentum eorum quidpiam molienti adhaerere, Con-  
silio vel auxilio assistere aut permittere, ut tale quid ab aliis atten- 15  
tetur. Item quod eorum mandata non solum debito cum respectu  
recipere et re ipsa adimplere Velim, sed etiam alios Curae et direc-  
tioni meae commissos adigere, ut ea debito modo recipiant atque  
observent. Insuper spondeo ac iuro, quod officium Scholastici iuxta  
normam Statutorum accurate implere et pro Viribus Curam ad- 20  
hibere Velim, ut Cultus divinus cum omni possibili decore ac fer-  
vore peragatur. Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia.

De Officio Scholastici.

Ad Scholastici Officium anno millesimo septingentesimo octo-  
gesimo octavo recens erectum, qui promovetur, vir sit in Scientiis 25  
theologicis potissimum et iuris ecclesiastici notitia apprime excultus,  
cui gravitas morum et conspecta Virtus auctoritatem conciliant.  
Maiorem Dei gloriam et cultus divini augmentum prae Oculis  
habens in choro ad laudes divinas decantandas instituto sit assiduus,  
nec sine legitima Causa eius frequentationem omittat. Quodsi 30  
Scholarum trivialium vel maiorum in Marchionatu curam sive direc-  
tionem, quae Originario huius officii instituto apprime convenit, ipsi  
a Serenissimis Marchionibus quandoque committi contigerit, sollicite  
invigilabit, ut iuventus in pietate, moribus, doctrina Christiana et  
disciplinis omnibus huic aetati convenientibus rite imbuatur. 35

In litibus et Causis Ecclesiae dirigendis, quantum per prae-  
dicta negotia licebit, Capitulo operam suam navabit.